



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quidque is fugere,  
quid agere debeat, quam exactissimè traditur

**Segneri, Paolo**


**Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.**

**VD18 90637054**

Discursus XIV. De proposito in Confessione necessario. Cùm potissima  
Confessionis vis in emendationis proposito sita sit, demonstratur,  
præcipuam in eodem faciendo adhibendam esse curam, ut firmâ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51667)

centristetur, cogitemus non minus mundum fore, quam mortuum. Quicquid autem erit mundius, tanto erit aptius ad Deum caelesti in gloria contemplandum, juxta notissimum illud Servatoris nostri Oraculum: Beatus qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.



## DISCURSUS XIV.

### De Emendationis Proposito ad Confessionem necessario.

**L.** Uplex malorum genus est, quod Medicorum iudicio, humano in corpore Paralysis efficit. Nonnunquam enim vim omnium sentiendi stupefacit; alias facultatem tantum morticem ligat. Utrumque horum etiam peccatum praestat: modò enim cor hominis & animum tam reddit durum & intrastabilem, ut doloris & poenitutinis sensum planè nullum habeat: alias autem, et si doloris aliquid mentem afficiat, facultas tamen mortis propositus obstupefecit, sic ut animus à malis & miserijs suis avellere se, & recedere nulla ratione valeat. Habemus hic aliud animi nostri vitium & pravitatem, nullis, ne sanguineis quidem lacrymis, satis deplorandam. Multi peccata Sacerdoti confitentur, sed non emendarer; quia illo destituuntur, quod primo loco ad veram, stabilèque viræ emendationem re-

R.P. Segneri S.J. Christ. Instr. Tom. III.

quiritur, proposito inquam & decreto, non peccandi de cetero, sed vitam in melius communandi. Hoc igitur de Proposito ac Decreto hodie differam necesse est, tria, quæ comitari ipsum debent, ut ad speratam admis-  
orum veniam impetrandam sufficiat, placibas explicando.

**II.** Si virtutum singulæ aliquid de Divinis perfectionibus participant, affirmandum erit, virtutem Pœnitentiæ, participare aliquid ex illo odio, quo Deus in peccatum fertur; unde consequens est, quod, quas observamus Divino hoc in odio conditiones ac dores, eas etiam imitari pro modo debeat voluntas Pœnitentis ad hoc, ut rectè se habeat. Est autem odium divinum erga peccatum stabile ac firmum, est universale, & longè efficacissimum. Tale sit etiam nostrum odium necesse est, sic ut quisquis non in speciem doler, abhorreat constanter à culpis, seu jam contractis, seu contrahendis: ut abhorreat ab omnibus, vul-

Aa

la

186 DISCURSUS DECIMUS QUARTUS, DE EMENDATIONIS.

Ia demptâ ; abhorreat denique non tantum nuda cognitione & speculatione , sed insuper re ac facto , cunctas deinceps quam efficacissimè impediendo . Has Pœnitentiae dotes omnes ac singulas divinâ quadam ratione Spiritus Sanctus iis verbis comple-

Ecclesiast.

xiiii est : Converttere ad Dominum , & 17. 11. relinque peccata tua , & minue offendicula .

I.

III. Exprimò quidem vox Converttere non obscurè primam dotem exprimit , stabilitatem inquam , de qua dictum est . Quid est , AA. Dilectissimi , confiteri , quid pœnitentiam agere ? Est ad Deum converti : Converttere ad Dominum . Valde dolendum est , quod Sacerdos , qui aures confitenti præberet , non raro cum laboret , quantâ potest contentionе , in impii cuiusdam animo excitare iustum amittendæ salutis metum , hæc , hisve similia verba responsi loco audire debat : Verum est , mi Pater , quod anni jam complures sunt , ex quo sape Deum offendis ; sed non defui partibus meis , quo minus de peccatis his me sacro in foro accusarem . Itane semper te accusasti ! an autem & conversus es ? hic rei cardo vertitur : nec enim Confessio , ut multi hauducinantur , negotium est , quod verbis in ore natu persigatur ; necesse est id intimis animi sensibus geri : non extremâ in linguae cuspide , sed ino in corde vera pœnitentia locum habet . Confiteri , repeto , est converti ad Deum : Converttere ad Dominum . Unde oportet non admittenda minus , quam admissa delicta odif-

se ; admissa quidem , illamer detestando ; admittenda vero , firmissimo animi proposito nolendo . Si absit horum alterutrum , non est spes obtinenda à Deo gratia . Nisi converti fueris , gladium suum vibravit . Hic non est altera evadendi via , aut hoc angusto ponte transire oportet , aut meigi . Decreto inquit opus est , quo animum obfirmes ad non peccandum de cetero ullo tempore , quacunque causa , sà , quacunque occasione ; aut absque hoc æternum est pereundum . Panitentes ( si tamen estis Pœnitentes , & non irritentes ) mutare vitam .

IV. Hinc via ad Cælum ampla non est , ut suo nos Oraculo Servator noster edocet . Quam arcta via est , que dicit ad vitam ! Non enim linguam , sed Sacerdoti enumerando errata , convertere sufficit : animus convertendus est decreto se de cetero emendandi immobili , torusque rerum ordo invertendus . Adora quod incendiisti ; incende quod adorasti . Sic Clodovæum Galliarum Regem , sacris undis ablendum , S. Remigius affatus est : adoranda nimirum deinceps Crux , quæ igni tradi consuevit : cremanda Idola , quibus thus adolebantur . Ita sanè eorum quisque in animum inducat oportet , pœnitentiam simili ipsum verborum formulâ alloqui , & diserte denunciare ; quod si altero hoc Baptismo ablui & expiari velit , necesse sit odisse , quæ amaverat , amare , quæ oderat ; odisse nimirum peccatum , & Deum diligere : Adora quod incendiisti ; incende quod adorasti . Atque hoc est vere pœnitentiam agere , quia est vere con-

verti

verti. *Conversare ad Domum.* Et absque hoc conficeri aliud non est, quām larvam Pœnitentiæ induere, & curvari, ut remos curvarur in aquā, oculorum iudicio. *Populus hic labijs me honorat, cor aurem eorum longè est à me.* Vix est aliquid, quod Christianū in Republicā ita me contineat, quām haec Servatoris nostri verba; dum observo, scenicorum horum Pœnitentiarum tantum esse numerum, ut populum conflent: *Populus hic.* Plurimi officium se facere suum putant, si labia tantum diducant: *labijs me honorat;* nec interim pensi habent quodd cor ad Deum non redeat: *Cor autem eorum longè est à me.* Unde dubium vobis AA. nullo modo esse debet, quin monitis utilioribus eruditū & excitari peccatores non possint, quām si decreti hujus necessitas in animum ipsis reveretur: neque enim Dæmon, affirmante S. Virg. Teresiā, aliā arte maiorem animorum prædatam agit, quām efficiendo, ut sui pro Tribunalī Pœnitentiæ accusatio manca sit, & nullius roboris, dum propositum se emendandi non ac stabile, quo sine umbra tibi est omnis Pœnitentia, summā se accusantium incuria desideratur.

V. Tria præcereris hominum generi admonitione hâc indigent eānque altè in animum demittant opert: iij scilicet, quos ad peccandum egreditur; impellit, qui jactare se de peccatis solent; quique pravam peccandi affuetudinem contraxere. Ut enim quodvis istorum hominum genus, arduum ac difficile hoc propositum experitur, ita fas est credere, sæpe id in quodlibet

desiderari. Primo siquidem, abjunctione se nonnunquam ad pedes Sacerdotis nonnulli, qui rectissimè se purgare sibi videntur, si dicant: *Mihi Pater, quid vis, ut agam, si aliunde non suppetat, quo vivam? Non animi causā, sed necessitate compulsus peccavi.* Prò misericordiæ animæ! Ed, redactam creditis supremi Numinis providentiam, ut alere jam non possit eos, qui sincere ipsi serviant! tam cœcæ estis, ut non advertatis, sic confitendo vos nox vestras geminate? Quero enim ex vobis: ubi est vitæ corrigidæ propositum? Si necessitate peccatis, nondum conversæ dici potestis, quoniam etiamnum durare necessitatem vide-minni affirmare: hâc autem non sublatâ, non est sublata causa, quæ hæc-nus sola, ut assertis, ad peccandum impulit. Aperite tandem oculos, ut agnoscatis (ira mones S. Augustinus) eum, qui hactenus pascere voluit ingratum & perduellem, posse etiam, & velle pascere fidum & obsequenter. *Pascit te Deus contemnentem se, & deserit timentem se?* Et si forte, ad probandam fidem tuam, desideratam opem ac subsidia ille differt, cave animum abjicias; responde sollicitanti te Dæmoni, quod Babylonici illi adolescentes respondere Regi Nabuchodonosori, cum eorum oculis fornacem ardensem objecit: *Ecce Deus noster, inquietabat, quem colimus, potest nos de manib[us] tuis, ô Rex, liberare; quod si voluerit, notum sit tibi, Rex, quid Deos tuos non colimus;* & statuam auream, quam cœlesti, non adoramus. Sic loquutus necesse est, quemcunque premunt an-

*S. Aug<sup>t</sup>  
in Ps.  
33.*

A 2 gustis

## 188 DISCURSUS DECIMUS QUARTUS, DE EMENDATIONIS

gustiæ. Certum est, dicat oportet, quod Deus hanc meam inopiam, hanc egestatem sublevare possit. Sed si aliter illi visum est, nō sit Mundus, quod fixum ac ratum mihi sit, non averti à Deo, summā Bonitate, per omne deinceps ævum, ut ad execranda mea comoda me convertam; & sciat hoc cu[m] Mundo etiam Infernus. Sic constitutum animo oportet esse illum, quem ad offendendum Deum rerum penuria impulit: id autem, quā premente egestate sit arduum, nō mo[n]o videt.

**VI.** Nec difficultatis minus in concipiendo ejusmodi decreto illi experientur, qui adeò depuduerunt, ut de sceleribus suis gloriantur, illa jactant, alijs enarrent, & tanquam re p[re]clarē gestā triumphent. Quo enim isti impulsu movebuntur, ut execren[t]ur plūs quā omne malum scelera, quæ, saltē ut nullius momenti malum, reputācunt h[ab]entus? *Quasi per risum stultus operatur scelus.* Quā loquendi ratione id indicare Spiritus Sanctus voluit, quod, sicut risus causa esse solet macula quādam, aut deformitas, quæ damni nihil afferat, *Ridiculum est defectus quidam acturus pitudo sine dolore; talia nonnullis etiam sceleris videantur: unde quā creberimē turpitudines suas jocis elevant, nullo respectu narrans, sine pudore vulgant, & tandem ineptissimē de ijs gloriantur.* Rebus autem sic stantibus, nemo non videret, quā sit plenum difficultatis firmissimum post-hac non peccandi propositum, Nihil non mali portendit in periculose

decumbente vulnus nimirū vividus. *Facies vivida nimis mala.* Nam id argumento est, morbi violentiæ & malignitate perturbatum esse, quidquid in corpore humorum est ac spirituum. Idem ego de impudentibus his pronunciavero, quos pudet esse bonos, & gloriosum videtur, esse consceleratos. Vultus tam vividus ac scintillans, in ægro valerundinis tam desperatae, indicio mihi est, intima hujus in felicis animæ sursum deorsum versa esse omnia; amissam fidem, atque ita salutis spem vix ullam superesse.

**VII.** Longā tandem peccandi asuetudine depravati summa utique & ipsi difficultate laborabunt, si serio Pœnitentiæ ope converti velint. Enim verò multoties, dum sua enarrant peccata, audire est eos, ita cum Sacerdote loquentes. *Aliter facere non possum. Quid tandem me vis agere?* Attendam mihi, quantum valo. Et hujus tandem indolis eorum decretū sunt. Deus bonum, quā sit & inconcusa! Corallium principio plantarum in censu ponitur, tandem ubi induruit, Lapidum in numero habetur. Sic & peccatorum depravatorum animas se habet. Perpetue contextæque Numinis injuria eam ad obstinationem miseris redigerant, ut ex virtute vivere haud sane possibile ipsis videatur. Sic autem persuasos quis credit constancissimē istud ipsum exequi decernere? O miseram hominis sortem, qui hic delapsus est! Si eorum ex numero, qui me audiunt, non nemo hujus farinæ esset, meminerit illo diligenter, solis verè conversis no-

xarum

xarum veniam promissam. Dixi : aut alicer vivendum, aut pereundum est. Aliud superesse non putem, quām ut qui talis est, precibus calidissimis à Deo flagiter, ut dum ad Pænitentiam criminum ipse se parat cor ipsius Deus emolliat; quod quidem se facturum Estib., ad promisit. *Anferam cor lapideum*  
11. 19 de carne eorum, & dabo eis cor carnum.

gunt quæ prius egerant, quia sunt illi, qui prius fuerant; & tota, quam præferebant, mutatio exterior erat, vel quia in eos Confessarius non nihil invectus erat, vel quia solenniores erant dies, vel quia ad extorquendam absolutionem videbant necessarium, ut aliquando ante Confessionem tempore se tantisper refrenarent. Sic illi maximè Pænitentiam agunt, qui res alienas rapuerunt, quin unquam reddant; sic illi, qui scandalorum, suspicionum, & damnorum in existimatione propriâ prætexi, vel domi lunt aliquam, vel alio loco alont: & quamquam per sacri jejunij dies Concionatorum vocibus territi videantur, non culpam tamen, sed, qui eos manet, ignem metuunt. *Lupus redit tremens.* Ponunt quidem audaciam in peccando, non tamen ponunt propensionem ad peccandum: & sic non nascitur eorum in animis poenitentia, quæ, odium Divinum irritata, omnem constantissimè abominetur iniquitatem: & respicere iniquitatem non possit.

## II.

IX. Altera genuini Propositi das & conditio est, ut peccata detestetur planè omnia, eo solum, quia peccata sunt; sitque decretum abstinendi à singulis & universis, nullo dempto, qualém ad dolorem detestationemque exemplo nos suo Pænitentium speculum Regius Propheta provocat, o- Ps. 112  
19. de venit tremens; lupus redit tremens; lupus tamen est tremens & tremens.  
Vpp. Hæc est omnium certissima ratio, cur tam cito ad vomitum redeant plurimi Peccatorum, qui parlo ante à sacro tribunali demisso capite redibant. A-

quoniam

A 2 3

## 190 DISCURSUS DECIMUS QUARTUS, DE EMENDATIONIS

quantur. Hoc tantum peccati genere  
( & exprimunt, quod sit ) deliqui; al-  
terius me reum non scio. Non rapio a-  
lienā, non falls, non detraho, nec alia  
quemquam injuria afficio. Ab hoc ta-  
men, ad quod tam pronus sum, peccato  
haud satis video, quomodo abstinere pos-  
sim. Hoccine Propositum peccata  
complectitur omnia? Non tantum  
Fures, Fraudulentos, Detractores,  
Homicidas odit Deus, sed Peccatores,  
& peccata degeneratur planè singula &  
universa. Nec dissimilem oportet el-  
se detestationem nostram, si tamen ve-  
ram & efficacem adamamus; sed Di-  
vini instar odii adhorrere debet ab o-  
mnibus sine ullo limite. Convertere  
ad Dominum & derelinque peccata.  
Cuncta omnino, cuncta relinquenda,  
& nec uni alicui oportet affici. Cro-  
matius graviter tentatus in valetudine o-  
pem à S. Sebastiano petiit ad sanitatem  
recuperandam. Enim verò libenter  
etiam, reposuit Martyr Sanctissi-  
mus, dommodo status Idola frange-  
re omnia, quæ divino hactenus cultu  
adorasti. Accepit conditionem Cro-  
matius; cum tamen idola fregisset ce-  
tera orania, uni præ reliquis charo &  
venerabili pepercit: unde licet illi  
tire ac bene peccatus esset Sebastianus,  
morbus tamen remisit nihil: donec à  
Sancto rogatus: numquid fortasse u-  
spiam adhuc supereret Idolum inte-  
grum? candidè fassus est, superesse,  
sed unum duntaxat. Hoc proinde  
confestim in frusta abiit, & integra  
Cromatio rediit valetudo. Ita & ve-  
sto è numero quispiam Sacerdotem  
accedit non æger modò, sed planè

*Surius  
in vita.*

mortuus, & vitam sibi petit restituī,  
dum cnpit à noxis absolvī. Nulla, in-  
quit Sacerdos, in me mora erit; sed  
hunc ad finem consequendum fran-  
genda sunt idola omnia, hactenus cum  
tantà supremi Numinis injuria à corde  
teo adorata; necesse est, statuere fir-  
missime, non peccare deinceps quam-  
cunque ob causam. Si tu interim di-  
lectum tibi idolum aliquod servare  
vis, affectum, inquam, vigorem ad  
voluptatem illicitam, lucrum inju-  
stum, vindictam, aut quodvis aliud gra-  
vioris delicti genus, frangas licet idola  
cetera, & abominaris quodlibet pe-  
ccati genus, nūl tibi Sacerdotis Absolu-  
tio proderit, nec sua misera anima  
vira restituetur. *Qui offendat in unum,*  
*factus est omnium reus.* Si onerage  
carina, si prora ac puppis firmissime  
fuerint, pateat autem alicubi ex latere  
rima, an non id satis est, ut submerga-  
tur? Dicis: Non furor, non mentior,  
non famæ alienæ, non rei noceo, ma-  
lo alio non urgeor, quām illo, ad quod  
tam prona natura est. An non vides,  
hoc unum sat is esse, ut megaris mati  
illo igneo, si non occupas, & decreto  
stabilis, abstinendi à peccatis omnino  
omnibus, periculum prævertis? Ma-  
xime cùm non raro illud unicum sit  
etiam maximum. Saul vulgus occi-  
di, Regem servavit, *Apprehendit*  
*Agag Regem Amalech vivum, omne*  
*autem vulgus occidit in ore gladij.* Ita  
& hujus turfuris homines faciunt.  
Uaa illa, quam dicunt, fragilissimæ  
millenias noxas continent; & ipsi unam  
hanc servant, nec attendunt, quod ceteras  
inter ut Rex emineat, arque ita

una ipsa & sola pro decem milibus  
2. Reg. computetur, ut ad Regem Davidem di-  
14.3. Atum est. Nôrie proinde quilibet, Legé  
divinam non pati ejusmodi exemptiones: totius cordis ipsa est domina;  
totum proinde sibi vindicat, ut ratio  
postulat; sic ut si tu è diverso partem  
aliquam labores servare tibi, licet al-  
teram videaris non invitus dare, spem  
Opere 10. lutis nullam habeas super. Divi-  
2. sum est cor eorum: nunc interibunt.

X. Sicut porro Propositum ita la-  
tè patere deber, ut peccatum omne  
procul h. bear, ita necesse est, ut fa-  
gam hanc à culpis imperet omni in-  
ventu: quoquæ rerum statu, loco  
quoquæ ac tempore. Est, qui se  
accusans dicat: Si alius quisunque hoc  
illud ve mihi imperaret, enimverò non  
obtemperarem, sed sùm herus imperat,  
quid agam? heris necesse est cervicem  
subdere, & obedire. Quid ergo? an  
Deus, Dominus ac herus tuus non est,  
an non est Dominus dominorum o-  
mnium? Vade, quisquis es, nec enim  
tibi Confessio prodest quidquam: &  
sic ubi fortè in aliquem incideris, qui  
tamen verbis te absolvat, certus esto, si  
S. Cypriano fides, quod tam non profi-  
tibi quidquam, ut etiam plurimum  
noceat. Hoc non est curare, sed si ve-  
rum dicere volumus, est occidere. Nec  
dilpar illorum est ratio, quibus fixum  
est, tentanti nunc quidem fortiter ob-  
niri, sed in ontne futurum tempus hoc  
voluntatis decretum se non extendit.  
Hoc ex genere sunt miseræ illæ, quæ  
minus porro dare sollicitanti abnuunt,  
sed eo fine, ne suis spea, quas habent,  
evitant. Sed finite, jungantur illæ

conjugio, & cum videte, an pari fasti-  
dio rejecturæ sint turpes amatores  
suos, quo illos nunc à se repellere vi-  
dentur. Hoc non est animum & cor  
vacuare, ut vas plenum aquâ, sed ut  
saecum frumento plenum. Jubet ta-  
men Dens, ut sic effundas, quæ noxia  
in illo sunt, ut ex vase aqua effunditur.

Effunde sicut aquam cor tuum ante con- Tb. 2.  
fitem Domini. Nam qui frumen- 19.

tum effundit è sacco, sperare potest,  
quod denuo implere illum eodem fru-  
mento possit. At aquæ è vase in ter-  
ram effusa denuo colligendæ spes est  
nulla: actum est de illa. Evidem  
non parùm hoc quoq; ex capite mul-  
tis peccatoribus metuo, quorum si inti-  
ma pervidere concessum esset, appa-  
rebet enimverò latere ibi tacitam vo-  
luntatem redeundi, post Sacros & fe-  
stos Mysteriis Religionis nostræ dies,  
ad ludum pristinum, & sylvam anti-  
quam, & onerandi denuo sinum quis-  
quiliis, quas abjecerant. Postquam a- Arift. I.  
liquos peperere, rursus alios in utero ge- 6. hist.  
runt, ac superfatant. An non faten- €. 33.  
dum, tales esse aliquorum Confessio-  
nes? Sub ipsum illud tempus, quo ve-  
luti parvunt delicta aliqua prius ad-  
missa, de aliis subinde admittendisco-  
gitant, & dum cor eorum patit, slium  
jam fœtum icetum gerit in utero. Id  
autem inde nascitur, quod fermè cul-  
pa, non ut culpa est, horro sit; sed  
fructus tantum culpæ timeantur, qui  
non parùm noxii prævidentur. Multi  
proin nullo bono suo confitentur, &  
dem videntur sibi animum ab omni  
prosfsus labe purgasse, ne primas qui-  
dem sordes eluerunt. Generatio, qua  
sibi

**Prop.**  
3. 12.

ſibi manda videtur, & tamen non est lo-  
ta à ſordibus ſuis. Nec temere Genera-  
tionis voce hic Deus utitur: ea enim  
indicare vult, non unum alterumve,  
& raro admodum tales reperiti; ſed  
plures eſſe, quām vos opinamini,  
qui ideo hæc mea monita, ut nimis  
anxiè religiosa ac rigida, parvi faciſit;  
cūm tamen ſint ex iis, quæ vobis non  
utilia tantum ſed planè neceſſaria  
eſſe, præterquam ulla alia, plus ſatis  
ſcio.

## III.

XI. Quantum autem in hoc ve-  
stro de meis documentis ſenu ac ju-  
dicio à vero aberretis, haud paulo ma-  
nifestius patebit, ſi tertiae etiam, de  
qua initio dictum eſt, conditionis  
memores, cum eà propositum ve-  
ſtrum contuleritis: tum enim appa-  
rebit, quām multum illi deſit. Eſt  
autem tertia Divini odii prærogativa,  
quo peccatum abominatur, virtus  
eius potentissima, quā illud re ipaſa  
in Cælo, Terra, Inferno etiam, quin &  
in Filio ſuo Unigenito persequitur,  
cūm tamen hic peccati habere in ſe  
potuerit nihil, præter ſpeciem & ſimi-  
litudinem. Sed vel hoc ſatis erat.  
Eſt certum quoddam generoforum  
Canum genus, qui Antipathiā occul-  
tā, non vivas tantum Bestias diſcer-  
punt, ſed in pelleſ etiam earum ſævi-  
unt. Sic Justitia Divina tam acerbè  
in noſtrum Redemptorem amantifl-  
lum defævit, eti peccati vel umbra  
immunis eſſet, tantum quia Peccato-  
ris inducitus exuvias vadem ſe grandis  
illis debiti conſtituerat. Haud e-  
quidam videtur majus efficaciam odii

Divini, quām iſtud poſſe eſſe argu-  
mentum. Qui ad vulnetandum ho-  
stem non dubicaret obſtantem filium  
unicum gladio tranſfodere, ne ille  
recte diceretur efficaciter velle mor-  
tem inimici. Huic igitur Divini  
odii virtuti ac efficacia vestram con-  
ferte ſcelerum poenitentiam, veſta  
decreta, & tum quid de eorum per-  
fectione virtutēque ſentiatis, edi-  
cite. Heu quæ virtus! Proſecta  
Confessiones nonnullorum Indictio  
illis arboribus perſimiles ſunt, que  
foliis tam latis, tamque ſirmis ſupe-  
biunt, ut chartæ inſtar ſcribendiſ li-  
teris deſerviant, fructum interīm pro-  
ferant omnino nullum. Volunti-  
mirum aliqui vitæ errata identidem  
corrige, re ipsa planè nunquam cor-  
rigunt. Si emendarent ſe ſalem tan-  
tillum, & tum ad ſacrum tribunale redi-  
rent, parcus quidem & velut extortus  
iſi fructus forer, forer tamen aliquis.  
Hoc dolendam, quod aliud in oculos  
& ſenuſ non incurrat, niſi pulchri-  
ma promiſſorum, & officiolorum ve-  
borum folia, ſemper tamen inſecunda.  
Nemo nescit, illos ad Nuptias E-  
vangelicas invitatōs variis abſentiam  
ſuam prætextib⁹ purgare conatos.  
Primus ſe villam emiſſe, ajebat, quoniam  
videre neceſſe fit; alter ſe juga boum  
quinque emiſſe, quos oporteat proba-  
re; tertius ceteris animoſior, uxorem  
a ſe ducentam, eaque cauſa venire non  
poſſe. Ita narrat S. Lucas, nobisque  
indicit, quænam illa ſint, quæ ferme  
prætexere mortales ſolent, quod minùs  
divinis Legibus & inspirationibus ob-  
temperent. Aliam rationem S. Mat-  
theus

thæus securus est, qui cùm eandem  
referat parabolam, omniam tamen  
tam varia excusationes paucissimis  
complexus, afferit, eos qui non venè-  
re, ideo non venisse, quod nollent ve-  
nire: & solebant venire. Ut intelli-  
geremus, quidquid tandem ad se pur-  
gandos afferant, qui Divinis iussis non  
obsequuntur, tentationes, imbecillita-  
tem, proclivitatem, egestatem, socios,  
assuetudinem; Deum tamen, animo-  
rum arbitrum, cunctas has causas ad u-  
nam revocare, atque hanc non esse al-  
liam, quam quod nolint. Solebant ve-  
nire. Non emendantur, quia emendari  
nolunt; non deserunt popinas, quia  
nolunt deserere; non abstinent blas-  
phemias & execrationibus, quia no-  
lunt abstinere, non ejiciunt domo me-  
tetriculas, quia nolunt ejicere: verbo,  
deest ipsis voluntas seris, sed decretum  
propositumque efficax, & non habent,  
nisi velleitatem, quam dicunt: seu de-  
cretum imbecillum, & ad cuiusvis au-  
tæ motum ac sibilum mutabile: Vult  
& non vult piger. Haud aliter, ac quæ  
in sublimium ædificiorum cacumine  
origantur bractæ, aut quos appella-  
rant, Tritones, qui vento quolibet  
nunc hoc, nunc illud vertuntur in  
latus, loco tamen suo nunquam di-  
moventur. At animus constans &  
firmus quid per Deum non potest?  
næ ille vitam corrigendi rationem ac  
viam facile invenit. Quodcumque  
imperavit sibi animus, obtinuit, teste  
Senecæ. Voluntas nostra supremo  
Cælestium orbium non absimilis est;  
quacunque rapitur, ed secum sphæras  
subjectas trahit. Sic & voluntas,

R.P. Segneri S.J. Christ. Instr. Tom. III.

quæ sibi immobilis constat, rapit post  
se Memoriam, Intellectum, Irascibili-  
lem, Concupiscibilem, reliquaque  
vires ac facultates inferiores, ac subje-  
ctas, plenæ omnes, efficitque, ut, quod  
juber ipsa, cum fide exequantur. Ubi  
proinde non est cernere hanc obedi-  
entiam, hanc executionem, argumen-  
to est, seruum etiam voluntatis decre-  
tum abesse. Non utique plena imperat: Confess.  
ideo non est, quod imperat: recte affir- l.8.c.9.  
mabo cum S. Augustino. Loquitur  
voluntas tua, sed pleno ore non loqui-  
tur: vocem dentes & labra præpe-  
diunt: idè facultates ceteræ immo-  
tæ hærent: nec obtemperant. Serò  
in pœna, loquere voce aliâ, distinctâ-  
que, & tunc cognosces, quid inter vo-  
luntatem & voluntatem intersit. Si  
plena esset, non imperaret ut esset, quia  
jam esset.

XII. In celebri illâ urbis Ostendæ  
danæ obßidione militum nonnemo de Am.  
peßimâ blasphemandi assuetudine div.p.3  
ed deductus erat, ut palam profitere. c. 17.  
tur, non posse se à tam pravo usu de-  
sistere. Cùm autem subinde gravi  
pressus inopiat, vitæ subsidiis desti-  
tutus, malèque testus, stipem à Sacer-  
dote qæsiptati rogaret, hoc accepit  
responsi. Si tantum tibi est animi,  
ut sequi me unius horæ spatio velis, &  
omni interea temporis abstinere blas-  
phemiat, en aureum, quem à me acci-  
pies, nummum; & cum dicto, num-  
mum ostentat, abitque. Sequitur  
miles, aurea illâ tractus illecebra. At  
Sacerdos destinato consilio per media  
castra viam legit, & nummum aureum  
manu erecta præfetiens, obit singula

B b

sp.

## 194 DISCURSUS DECIMUS QUARTUS, DE EMENDATIONIS

militum contubernia, locaque maximè militum ceteru frequentia, pone sequente, quem dixi, milite: quem ut alii videbant, ita vel excipiebant sanguis, vel dictis lacesebant. Quis crederet: Miles ita ignominiose suis à commilitionibus, qui probè hominem noverant, habitus, stimulabatur identidem ad solitas blasphemias; non protupit tamen in ullam, lingua non frenans solum, sed iterum iterumque admordens, ne pravo illa more voces factilegas effutaret, donec illustrata hac ratione magna castrorum parte à Sacerdote promissum numrum acciperet, adjecto salubri documento, agnoscere, posse corrigi invertatam blasphemandi affectudinem, dummodo serio velit. Nec dubito, quin non paucis simili remedio sanitatem restituere possem; qui modis ingeminant: Non possum. Non potes, quia non vis; sed, si multum, velles: constans autem, & forte illud voluntatis decretum non adest. Ceterum: Si vulneritis, & audieritis me, bona terra comedetis: in qua Dei verba sic porro commentatur S. Joann. Chrysostomus: Videsne sola nobis opus esse voluntate? voluntate inquam, non qualibet & vulgari, sed exquisita.

*Prolog.* in Joann. XIII. Erit, qui querat: ecquodnam autem indicium est, quo discernere licet, esse in nobis voluntatem & propositum ejusmodi efficax? Enim verò digna est responso hæc quæstio: nosse enim, quod queritur, inter præcipua arcana est salutis consequenda; cum Inseminus tam sit plenus propositis & decretis ejusmodi mo-

bilibus & imbecillis, quam plenum est Cælum decretis fortibus & inconcussis. Primum igitur voluntatis ejusmodi efficacis dignoscenda signum est, si illa ab omni absoluta sit conditione, prorsusque à nullâ pendet. Accedit tribunal sacrum semina haud sanè casta: interrogat Jūdex, ratumne habeat, à turpi quæstu & commercio desistere? illa. Si Deo placet, inquit, corrigan vitam: si virum tantum habuero, non redibo ad affuetam sagittam: si ille, si, inquam, ille me porrora solicitari, tunc tandem spero turpis virtus finem adesse. Miseram te! Istud, si, si, murus est, qui te inter & divinam gratiam intercedit: nunquam fiet; ut huic animus tuus jungatur, quamdiu intermedius hic paries stet: evertatur necesse est. Necesse est, inquam, decernere sine ullâ conditione, abstinere à scelere, sive tentare & provocet, sive non provocet sceleris socius. Quidquid unquam accidat, quæcumque sit rerum hominumque combinatio, quidquid contra moveretur oportet decretum tuum firmam stare & inconcussum, non subnixum fulcris his dubijs, quæ tam parum voluntatem tuam fulcent, quam parum debilis sustentaculis inniteret dominus jam ad casum prona.

XIV. Adhuc certius voluntatis re apparebit virtus ex collatione operis. Propositum optimè manifestatur per operationem; ait S. Thomas, vir noscendarum animi motionum peritissimus. Adhuc lapidem Lydium examines oportet decretum tuum, ne in tanti momenti negotio fallaris; quo-

L. Th.  
1. 2. q.  
10. ar.  
f. cor.  
miam

niam ex hoc decretorū & proposicio-  
 rum efficaciam salus tua penderet, & gra-  
 tia delistorum. Sic igitur te ipsum  
 alloquereret. Tot jam annis in luto isto  
 obsecro hæreto, ecquid egi, ut inde  
 emergerem? Tot annis cum ira-  
 scendi, cum litigandi se offert occasio,  
 et rumpo in blasphemias: quid egi, us-  
 tandem Inferorum linguam loqui de-  
 fuescerem? Tot jam annis odio fe-  
 ror intestino adversus inimicum il-  
 lum meum; quibus precibus, quibus  
 pietatis in D.ū officijs institi, ut tam  
 noxia animi peste divina me Bonitas  
 liberaret? Deprehendes enim verò hoc  
 in examine, tam longo temporis in-  
 tervallo, te aliud non fecisse, quam ut  
 semel iterumve sacro Arbitrio reum e-  
 jusmodi scelerum te sisteres. Et hanc  
 tu voluntarem robustam dices & effi-  
 cacem? Si videres Dominum ædium,  
 incendio conflagrantium? assidere  
 ad earum limen, & ad ignem hunc  
 manus sequere totum calefacere, an in  
 animum inducere posses, acerbo do-  
 minum illum luctu ædium suarum  
 iacturam prosequi? haud sanè exi-  
 stimem. At crēderes profectò, si vi-  
 deres illum, celeritate & conatu quo  
 posset maximo, afferre aquam, vici-  
 norum magnis vocibus opem implo-  
 rare, sursum deorsum currere, medi-  
 as ingredi flamas ad res chatiores  
 pretiosiorésque depascenti igni tem-  
 pori subrahendas, reponendasque in  
 tuto. De me autem queretis, si pro-  
 positis tuis ore prolatis, licet fa-  
 cta consequantur nulla, non credo?  
 Non est perfecta voluntas, nisi sit talis,  
 que oportunitate data operetur. S. Tho.  
 1. 2. q.  
 10. ar.  
 4. eur.

mæ assertio est. Minus promittere,  
 & plus præstare, salus erit animi tui:  
 verba enim, semelliæ sunt, & idcirco  
 Stygius Pharaon eorum rationem haberet  
 nullam, finit ea multiplicari quantum  
 lubet. At facta, masculi sunt, quos  
 odio prosequitur tam infesto, ut ne  
 unum quidem servari permittat. Vide  
 quæsto, quomodo Deus Pœnitentes  
 ad voluntatem seriam excite allatis  
 suprà verbis: *Converte ad Dominum,*  
*& relinque peccata tua, & minue offen-  
 dicula.* Converttere decreto &  
 proposito efficaci; relinque peccata  
 non aliqua, sed omnia; minue offen-  
 dicula, tolle pericula peccandi propo-  
 sito firmo, quod non nudâ contem-  
 platione contentum rem ipsam non  
 aggrediatur, sed quod difficultates  
 complanet; quas et si omnes tollere  
 non licet, quamdiu molem hanc car-  
 neam circumferimus, leviores ramen-  
 redi oportunè possunt, & plurimum  
 ipsis toboris tolli.

XV. Adverte proinde, duobus ma-  
 ximè modis minui posse succumbendi  
 pericula; primùm si tibi de armis  
 pluribus meliorib[us]que prospicias;  
 deinde si hostem exarmes. Utroque  
 hoc medio utendum est, si tibi cordi  
 est efficere, ut propositum firmum sit.  
 Tibi igitur primùm de armis pluribus  
 providendū. Quare si creb[er]e sordidis  
 illis voluptatibus inquinare te solitus  
 es, quid tibi agendum? Si serio libe-  
 rari hac contagione cupis, decernas  
 oportet saepius ad Pœnitentiæ tribu-  
 nal adire. Imò, ut melius rem tuam  
 agas, accedendum est etiam, antequam  
 labaris denuo: sic enim sanaretur

B b 2 vulnus

## 196 DISCURSUS DECIMUS QUARTUS, DE EMENDATIONIS

vulnus; quod si nondum obducat cicatrice reficeretur, nunquam amplius totum coalesceret. Insuper saepe etiam sumendum Divinum Eucharistiae epulum: mane ac vesperi preces ad Denm, ad ejus opem petendam, magno studio fundendae: Matris Virginis parcocinium omni industriâ prensandum; & Divorum præterea Divaricatumque alicui, cui magis devotus sis, studiosè supplicandum. Lectio etiam sacrorum librorum multa & sedula danda est opera. Audiendi crebrius & diligentius. Oratores sacri; in cruento Sacrificio majori adstantium animi corporisque compositione; egentes frequentiore stipe sublevandi. Hisce factitandis demonstrabis, serio te extinctas flammis velle; hoc enim est multam aquam affundere. At qui nihil agunt, ut agunt non pauci, non produnt, quodd servatam, sed quodd redactam in cineres domum exoptent. *Qui mollis est in opere suo, frater est sua opera dissipans.*: Spiritus Sancti effatum est. Perinde ac si diceret, Peccatorem, qui socors sit in medijs ad seriam emendationem adhibendis, & eum qui destinato animo in peccatis haerere velit, germanos planè fratres esse, quos inter nihil aliud discriminis intercedat, quam quodd eorum unus sit major, alter minor natura, certè simillimos. *Qui mollis est in opere suo, frater est sua opera dissipans.* Neque verò illa, quam quis in agendo sentit, imbecillitas incitamento esse deber ad abstinentum etiam deinceps istis emendandæ vitae prædiis, sed potius inducere deber

ad illis majori curâ perfectioneque utendum, jungenda elemosynis oratio, orationi ac precibus creder Divinorum Mysteriorum usus, huic Concionum audiendarum frequentia, ut ira, cum singula hæc prædicta mederi satis non possint, cunctis simul adhibitis sociordia arque ignavia nostra curetur. Hanc nos industria natura docet, quam cum non lateat enim mantes exangues multo torpere sanguine, & cardis esse ad motum, multis illas instruxit pedibus, ut hæc organorum multitudine causæ movens lenititudinem compenset.

XVI. Altera imminuendi pericula ratio *minue offendicula*, est suis hostiis armis exuere. Si te contingenter, eidem cum Leone aliquo catene esse illigatum, an non id ageres omnibus ingenii & corporis viribus, ut vel dentes illi frangeres, vel hebetares unguis, vel fame saltem robur ac vites edomares? *A qui tu alia agis omnia,* & persuadere tamen mihi vis tibi planè propositum vincere hostem, sua illi arma detrahendo. Alligatos es corpori tuo, quod ferocia omnes belluas superat. Quando ramei tibi curæ fuit ut hanc ejus ferociam fame mitigares? Pro eo, quodd jejuniis & ciborum abstinentiâ maceranda esset caro, multi, ijs potissimum diebus, quibus à Sacro Tribunal, & mensa Eucharistica redeunt, popinas frequenter, & nobiliore se vino ingurgitant, perinde ac si non alia suppetret sacros dies piè castèq; transigendatio, quam corpus multo ac delicatore cibo porisque saginare. *Si Confessa-*

fessarius jejunii mentione faciat, rancum non solo ejus nomine auditio, animo multi linquuntur. Insuper tam non strangis dentes, tam non telecas unguies. Leoni huic, corpori tuo, ut magis te cernā hæc arma indies acuere: tamen non fugis pravorum consortia, conventicula periculosa, ludos, jocos, remissiones animi & corporis oblectamenta, ut potius his magis inhies. An hoc est imminuere pericula peccandi? *Minne offendicula.* Neque tamen hic sermo mihi est de periculis, quæ proxima dicimus; de his enim alias, ob gravissimum rei momentum, seorsim differendum est, de remotori tantum loquor, in quibus non saepè quidem, aliquoties tamen quis cadit: quia tamen & concupiscentiae & animalium appetituum vires augent, arma ipsis, & audaciam suggerunt, de ijs, majori saltem ex parte, vietandis cogitandum est. Dum de vita serio emendandâ cogitatis; major querendus à turba secessus; magis vobismet vivere oportet. Neque jam sit, qui mihi occinat; nimis hoc durum esse, & sic vivere, esse porius tristitia ac morore mori, atque contabescere. Non est hoc mori, est aliter, & vere vivere. Magnes, cum attrahendi ferri virtute destinui cœpit, recipit vires pristinas, aliquot dierum spatio ramentis ferri sepultus. Idem experietur homo Christianus, postquam temptare & languere in virtutum studio cœpit; in modo cuius in animo semi-mortua iam est fides, si tot relaxationibus & remissionibus animi omisis: declinato aliorum vanorum moralium

um consorcio, sacratioibus saltem diebus, negotijs animi perpendendis tenet p[ro]p[ter]a aliud dare; næ ille amissum robur recuperaret. Quod si plura à quoquam exigere videor, quam ut audire suadentem, & sequi velit, aut possit: aliquid saltem eorum præstet oportet, quia si cuncta repudiaret, quis crederet, cum de vita serio emendandâ cogitationem suscepisse!

XVII. Quare ut plura reducam ad unum: Oportet voluntatem rei applicare, ut hortatur S. Joan. Chrysostomus, neque sterili mutandæ in melius viræ desiderio contentum esse. Mercator profecto, egestatem opibus matururus, satis non habet in has desiderio tantum ferri, non soli aquiescit cu- *Prov. in piditati*; sed negotium magnis animis *Evang.* aggressus de navisibi prospicit; transfigit cum Nauclero, naulum adnumerat, per tempestates & procellas, periculis non territus, veras auri venas inquirit; cum solâ voluntate ac desiderio divitem esse, emolumenti adferat nihil. Nos si volumus, repente mutari possumus, pergit idem S. Doctor. & ex luce aurei fieri; nam ad Dei quidem Gratiam quod attinet, hæc volenti nunquam deest: totum ergo rei momentum in eo situm est, ut velimus voluntate ejus generis, quam pluribus descripsimus; ejus modi scilicet, quæ conjuncta sit operi, quod, velut extra se egressa, efficiendo, efficax appellatur. Sinite, depingam hic vobis sub finem ejusmodi voluntatis effigiem in eventu omnis ætatis memoriam dignissimo.

**XVIII.** Hugo Hetruriæ Princeps  
**Facit.** Serenissimo Orthonum sanguine pro-  
*in vita* creatus, pueritiam magnâ vitæ purita-  
te acâ innocentia transegit, marris Vi-  
villæ piâ sanctâque institutione usus.  
Sed bladientis dein fortunæ illece-  
bris in transversum actus multiplici  
juventutem suam libidine fœdavit.  
Hæc tamen inter ætatis flagitia Pietat-  
tem in Deiparam Virginem fovit con-  
stanter, illius cultui addictissimum se  
palam professus. Erat milie eorum ex  
numero, qui Mariam à Jesu separatum  
euperent, ut experimento discant, fas-  
ne & impunè alicui sit, fructum tracta-  
re contumeliosè, honore ac reverentiâ  
ruto, quâ arborem colit. Hoc tamen  
ipsum tam mancum Deiparæ colenda  
studium Hugoni saluti fuit. Ven-  
atum liquidè aliquando egressus, dum  
haud procul Arni valle oberrans fati-  
gationis, siisque, quæ aridum guttur  
torquebat, levamen circumspexit,  
ecce tibi Puellam repente obviam ha-  
bet formâ supra humanam, quæ cala-  
thum fructibus præstantissimis qui-  
dem, sed ita sordidis inquimatisque,  
ut nauseam aspectanti moverent, ple-  
num offerebat. Hugo tamen siccis  
impulsus ardore manum extendit  
fructum aliquem prensurus: sed vix  
attigerat, cum manibus denuo elabi-  
sinit, vel oculis, ne dicam stomacho,  
tam fœdas sordes, ac spurciem nau-  
seantibus. Talis est ( respondit tum  
Cæli Domina hoc sub schernate Hu-  
goni se sistere dignata ) tu in me pie-  
tas: bona quidem ipsa in se, ac mul-  
tum laudabilis, sed vitæ tuæ sordibus  
peccati conspurcata: hac igitur quid

me vis facere? Hæc dixit, & videt  
desit. Ita tam plena amoris & viva  
hortatio id utique efficere Hugoni  
in animo debebat, ut fœditatum sua-  
rum magnopere pertœsus, puris  
sanctiusque posthac, ut olim, Matrem  
Virginem coleret. Sed eâ effectum  
nihil: nam et si castus esse vellet, cùm  
tamen & Juvenum lascivorum con-  
fortia, & sensuum oblectamenta con-  
fœtaretur ut prius, mox iterum eâ  
cœpit, qualis fuerat, frenis cupidita-  
ti denuo peccati laxatis: unde ne-  
cessè fuit, ut Virgo Mater mediè  
potentioribus ad bonam frugem resi-  
stantem revocaret. Cùm ergo ite-  
rum venationi in monte Senario ope-  
ratum daret, crassæ repente nubes ca-  
lum cripuerant, tamquam densus &  
præcepit cælo imber effusus est, ut Hu-  
go, missâ venatione, de latibulo cu-  
cum spicere cogeretur. Effususq[ue]t  
habenis ad spelæum quoddam feru-  
subituro autem, fanestissimo horro  
plenum spectaculum se objicit. For-  
nax erat eâ formâ, quâ ferrariae esse  
officinae solent: hæc circum niger-  
rimorum fabrorum manipulus, qui  
seminudi exirahebant è flammis non  
ferri cassas, sed capita, corda, crura,  
aliaque humanorum corporum in  
frustra sectorum membra, quæ incidi  
imposita horrendis istib[us] contunde-  
bant. Magos primū, veneficosque  
fabros hos Hugo credidit, qui illas  
in montis latebras se abdidissent:  
quare cum in ejusmodi hominum ge-  
nus animo esset infensissimo, gravissi-  
mis in eos verbis sine me u investitus,  
tantaque se flagitia probè ulturū pro-  
fessus

I<sup>ONIS</sup>  
Se videri  
is & viva  
Hugonis  
atum so-  
, puri  
, Matrem  
effectum  
ellet, cū  
rum con-  
centa con-  
erum ell  
cupidita  
unde ne-  
r medius  
gem refi-  
ergo ir-  
ario ope-  
nubes ce-  
dens ac  
est, ut Hu-  
cibulo ci-  
us siq*uit*  
m feru-  
o horro*s*  
cit. For-  
tarie ell  
m niger-  
lus, qui  
amis nou-  
da, crux,  
orum in-  
ae incidi-  
ontunde-  
eficōsque  
qui illas  
dissent:  
num ge-  
gravissi-  
nvetus,  
urū pro-  
fessus

Iesus est. Hæc dum ille minax lo-  
quuntur, fabrorum illorum aliquis ad  
os speluncæ accedit proprius; & par-  
cius ista, inquit, parcus, neque e-  
nim nos Magi, sed divinæ Justitiae mi-  
nistri sumus; & his suppliciis ma-  
tibus mortales aliquos, obsecenis volu-  
ptatis olim deditos; exspectamusq;  
propediem Hugonem quempiam, Re-  
gionum istarum Principem, qui &  
ipse, ubi in manus nostras venerit, li-  
bidinum suarum peccata hæc super in-  
cude liberaliter luet. Hæc tandem  
spectra audientis videntisque Hugo-  
nis animum immurârunt penitus. A  
spelæo enim ad suos sine morâ rever-  
sus, alias planè à se ipso videbatur.  
Mox obfirmato ad fugiendas efficaci-  
ter peccata, quas comminantem per  
hæc spectra Deum audierat, animo  
statuit, seris quibusdam Sacrationi-  
bus sua palam Florentinâ in urbe fa-  
teri flagitia. Quare inter Ravenna-  
tem Archiepiscopum, qui tum fortè  
sedis Apostolicæ Legatus aderat, &  
Eustachium Praesulam Florentinum  
medius, ad summam ejus urbis ædem  
ibat, istud identidem admirabundo,  
qui ex totâ latè viciniâ confluxerat,  
populo ingeminans: *Hugo posthac non erit Hugo: Hugo posthac non erit Hugo.* Nec aliter fecit, ac dixit, in  
alium p'lane hominem mutatus.

XIX. Nunc mentem ad hæc ejus  
verba adverrite: *Hugo posthac non erit Hugo:* horum enim causâ totam  
hanc narrandam sumpsis historiam.  
Hæc est potissima in Pœnitentiaë Sa-  
cramento difficultas; hæc sunt illæ an-  
guistæ, per quas transcendum est

serpenti, ut pellem exuat; hæc est il-  
la petra scabrosa: decernere constan-  
ter & inviolabili proposito, non esse  
posthac, qui fueras; sic ut quisque,  
suo saltem in animo, dicat: Non ero  
posthac, qui fui; emendabo, quæ pec-  
cavi; eroque planè alius; & quia hoc  
volo, non autem *vellem* tanquam, fu-  
giam deinceps loca illa periculosa, in  
quibus tam pronum esset denso labi,  
sacris Pœnitentiaë Eucharistiæque My-  
steriis utar crebrius, confugiam ad  
preces, & opem ac patrocinium  
Custodis mei Angeli, Cælitum meo-  
rum Advocatorum, Matris imprimis  
Virginis, quæ omnium in terris Pec-  
catorum mei similium asylum est pa-  
ratissimum, postulabo: nec dorum  
mihi erit amplecti remedia omnia,  
quæ Confessarius mihi vel imperârit,  
vel suaserit.

XX. Hoc demum gentinum est  
propositum: hic est actus voluntatis,  
non vacillantis, sed firmæ. *Proposi-*  
*tum est actus voluntatis deliberata.*  
Quæcumque autem ejusmodi cum  
voluntatis decreto sient Confessiones,  
securos nos reddent in vitâ non ma-  
gis, quam morte: & quamquam e-  
tiam post eas peractas relabi quem-  
piam contingat, non est, quod anga-  
tur, quasi aliquo Confessionis vicio  
factum sit, ut relaberetur: humanæ  
potius voluntatis, mutabilitatis & in-  
stabilitatis virtus cecidisse se merito  
crederet; cùm Sancti Spiritus, opti-  
mâ fide & integrâ, securus consilium,  
ex animo conversus fuerit, conversio-  
ne conjuncta cum decreto & pro-  
posito firmo, proposito ad omnes se-  
noxas

*S. Tho.*  
2.2.q.  
88.ar.  
I.cor.

noxas in genere extende; proposi-  
to non verborum & desideriorum,  
sed operum, atque adeò verè efficaci.  
*Converte ad Dominum, & relinque  
peccata, & minue offendicula.* E di-  
verso autem, si omnem in eo reposue-  
rit industria atque conatum; ut nu-  
merum admissarum noxarum quām  
accuratissimē cognoscat, fide summā  
exponat, de reliquis non solitus,  
eorum erit ex Hypocritarum nume-  
ro, tam acerbè à Christo increpito-  
rum, qui lavant, quod foris est catini,  
intus autem fædissimarum fodiū  
plenum relinquent. Ubi autem  
quis fistetur tribunali, cujus Judex  
gloriatur se corda nōsse omnium, tum  
enim verò discet, nimis tamen serio,  
quanti momenti fuerit proposita  
hodie à me doctrina, quæ est, ut ad  
anūssim intelligamus, quid sit ritè  
confiteri? Fida proin illam mente reti-  
nente. Confiteri idem est, ac uno co-

dé nque momento converti. Con-  
verti est tota voluntate mutati. Con-  
versio dicitur quasi cordis undique ver-  
so: quæ cœla est, cur de peccatore  
Propheta Ezechiel pronunciāt, quod  
quacunque die conversus fuerit, vīa  
vivet. Non dixit, versus, conversu-  
dixit: nāque, pergit S. Augustinus, &  
vertitur à peccato, qui jam vult dimi-  
ttere peccatum: convertiatur, qui jam tu-  
tus, & omnino vertitur. Deum oīo  
atque obtestor, ne ipse, qui cūm sit  
purissimus Spiritus, vult, ut iphi ser-  
viatur in Spiritu & veritate, oro in-  
quam, obtestorque, ne unquam pa-  
rovit quecumque ex hoc numero sal-  
li in negotio, ex quo pendet æterni-  
tas felix, aut infelix: verè enim tan-  
tum interest peccatoris, rite ac ve-  
rō pœnitentia, quantum interest non ex-  
cidere verà vitā, quæ est sola fu-  
tura, nulli obnoxia mor-  
talitati.

## DISCURSUS XV.

*De Proposito vitandi occasiones pœnitenti necessario.*

**H**omas Morus, ma-  
gnus Angliæ Can-  
cellarius, summo  
aliquando manè à  
carceris custode mo-  
nitus; captivos, per-  
fracto, intempestæ noctis silentio,  
carceris muro, profugisse planè o-  
mnes: respondit hoc nuncianti, &  
quid factò opus esset, sollicitè ex eo

quærenti: Irer confessim, architectos  
ac fabros murarios vocaret; curare  
que, quām celerrimè muri partem  
everam restaurari, ne quem forte  
profugorum subiret cupidore redeundi;  
& antrum illud denou sivebundi: ar-  
guto hoc dicto placidè ridens eum,  
qui malo non medicabili remedium  
postulabat. Hoc responsum, quod  
in ore magni viri, grato quodam &  
in-